


NUMMI CASTRENSES,
CUI DURING OBSIDIONE
Magdeburgensi: Anno Christi 1551.



IN Historia belli Magdeburgici hæc ferè sunt præcipua : quod rebellionis accusati urbis ejus ci-
ves , scriptis aliquot satis nervosè sese purgarunt :
quod proscripti à Cæsare edictis , expositique in
prædam omnibus , moriendum prius sibi esse statu-
erunt: quàm ut se decreto Augustano, aut Concilio
Tridentino subijcerent: quòd ab Henrico Brunsvi-
censi: Mauritio Saxone: Electore Brandenburgico &
ejus patruele Alberto obsessi, hostes aliquoties ma-
gna clade repulerunt: quòd urbis partem, novam dictam, occupatam à
Mauritio exusserunt: quod decembris die 19. de nocte profecti, hostilem e-
quitatum fuderunt: obviumque habentes Georgium Megapolensem cum
copijs superarunt, secumque captivum in urbem abduxerunt: quòd dem-
ptâ facultate importandi cômèatus, famem penè Saguntinam tolerarunt:
quòd post multas denique ærumnas misériasque devoratas conditionibus
his cum Mauritio transegerunt, ut supplices deprecantur Cæsarem: Ca-
meræ se submittant: Augustano decreto postremò pareant: urbis muni-
tiones ad Cæsaris arbitrium diruant, & ipsius præsidia admittant; Aureo-
rum 150000 dependant; 12. belli tormenta majora Cæsari tradant, Mechel-
burgum Ducem & captivos dimittant. Duræ in speciem conditiones: re-
vera tamen ipsis per privatas literas & de religione & libertate, sicuti po-
stulaverunt, fuit cautum. Liberati hunc admodum Magdeburgici præter
multorum expectationem summam nominis gloriam adepti sunt a-
pud exterarum nationes: quòd propè soli per omnem Germa-
niam exemplo suo docuissent, quid posset con-
stantia. *Sleidanus. Author.*

